

5051—5056 Vervò sex titulos 'solos' (quod videtur significare solo numinis nomine inscriptos) hos

5051	LVNAE
5052	MARTI
5053	MERCVR
5054	IOVI
5055	VENERI
5056	SATVRNO

erui vidit Ghina apud Roschmannum (Nonsberg n. 3), quorum quinque reliquos ait non comparere, inscriptum Marti anno praecedente a praesule Gurcensium illatum esse in castrum Braghier. Reliqui auctores inde non habent nisi Donat. 26, 2 titulum Martis mihi quoque visum in eo castello; solus Cresseri ad n. 23 ex anonymo Vervensi titulum addit Mercurii.

MERCVR Cress., MERCVRIO Ghina. — Apertum est bases has olim planetarum simulacra sustinuisse, deesse septimam dedicatam Soli; ea quae superest satis magna est et habet partem inferiorem non scriptam.

5058 basis coronis ornata. Olim in vico Banco prope Cles vallis Anauinae CRESS. Olim Vervò BONELLI. In vico Lomaso vallis Iudicariae MAFF. errore. Postea in castello Braghier, ubi adhuc extat.

C O N C O R D A E
A V G · S A C R
R A E D O N I I V I C
T O R I N V S T E R T I V S
E T I N G E N V V S
F R A T R E S A R A M
C V M S I G N O · E X
V O T O P O S V E R V N T
L L M

Contuli. Habent Maffei M. V. 380, 6 a Frisinghelli (inde Orelli 1813); Roschmann ms. Nonsberg n. 8, cui descripsit Sperges; Cresseri ms. n. 27 a Spergesio; Donat. 62, 3 a Bonellio; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 56 a prioribus.

5060 'era in Vervò con sei altre comprate dal Marchese Maffei e condotte in Verona per fiorini 40 sborsate per tutte sette consegnategli in Vervò' ANON. APUD CRESSERIUM. Rep. Vervò, nunc Veronae in museo n. 537 MAFF. GHINA. — Era nelle Giudicarie GNESOTTI errore.

D I S · D E A B V S
Q V E · O M N I B
V S · S A C R V M
L · C · Q V A R T V S
V · S · L · L · B · M E R sic

Contuli. Exhibent Maffei M. V. 91, 2 (inde Roschmann ms. Nonsberg 1, qui usus est etiam schedis Ghinae; Donat. 58, 12; I. A. Maffei *valle di Non* p. 4; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 57); Cresseri ms. n. 23 ex sylloge quadam ms. recentiorum potissimum inscriptionum; Gnesotti p. 260 ex schedis Hier. Tartarotti.

5 LIB · MER priores errore.

5057 Romeno (val di Non) fuit pro vasculo aquae sacrae in ecclesia, nunc est in coemeterio ROSCHM. In muro ecclesiae parochialis GIOV. Ibidem adhuc in ecclesia intus.

D · D N C A V A V
I O C · C · E · E X
V O · P · K K M

Contuli. Habent Roschmann ms. Nonsberg n. 4 (unde pendent Roschmann fil. *Gesch. von Tirol* 1, 78 qui non citat nisi v. 1; Hormayr *Tiroler Almanach* 1805 p. 135; Giovanelli ep. ad Mariinum 26 Sept. 1807; Arneth *Wiener Sitz.-Ber.* 40, 321). Cresseri ms. n. 29 a Spergesio. Giovanelli *zecca Trentina* (1812) p. 149 et *Beitr. für Tirol* 4, 58. Stoffella in app. ad eph. Roveretanam *Messaggiere Tirolese* 5 Sept. 1828 ligno expressit.

I sic scriptum est, ut pars rotunda litterae D et prima linea litterae N eodem ductu repraesententur. D·D potest solvi *Dis Deabus*; sed ita quae sequuntur non expedit Magis crediderim subesse numinis cuiusdam topici nomen D(eo) DVCAVAVIO, cum praesertim punctum post D prius certum sit nec postea hoc versu aliud reperiatur, sequente nomine dedicantis litteris tribus singularibus indicato. De deo domino Cauto Augusto cogitavit Arneth perperam. — Altero titulo eidem lapidi inscripto, quem Raeto-Etruscis litteris conceptum esse opinabatur Giovanellius, non contineri nisi formulam Christianam *ave Maria gracia | plena dom̄ tecum intellexerunt* Stoffella in commentariolo supra citato et F. Keller (v. comm. meum *die nordetrusk. Alphabete* p. 214).

5059 litteris non bonis. Universa haec marmora (n. 5051—5056. 5059. 5060. 5063. 5072) et alia, quae corrupta legi non poterant, prope aedem S. Martini ad radices collis, in quo fuit castellum Vervassium, suspicionem latentis thesauri e terra erui vidit GHINA. In villa Vervò vallis Non TARTAROTTI. Postea in museo Veronensi n. 155.

D I S · D E A B V S Q
O M N I B V S · P R O
S A L V T E · C A S T E L
L A N O R V M · V E R
V A S · S I · V M · C · V · Q
V A D R A · T V S · L · L · P · D

Contuli. Exhibent Hier. Tartarotti apud Mur. 105, 8 (inde Orelli 2124) et *mem. di Rovereto* p. 51, cui descripsit Pantaleo Borzi Tridentinus; Roschmann ms. Nonsberg n. 5 ex schedis, quas Stephanus Ghina beneficiatus Vervodii misit ad Tridentinum episcopum Io. Bapt. Gentilottum; Maffei M. V. 91, 3 (inde I. A. Maffei *valle di Non* p. 4 et Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 57).

5061 Vervò in foro in aedibus Nicoletti.

D I S · D E A
B V S Q V E

Cresseri ms. n. 23 ex Anonymo Vervensi. Fortasse non est nisi principium alterius utrius duorum praecedentium titulorum.

i DVS traditur.